

Aleksy Klawek

De scientiarum sacrarum in Polonia progressu

Collectanea Theologica 18/1-2, 541-563

1937

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

DE SCIENTIARUM SACRARUM IN POLONIA PROGRESSU.

In historia theologiae catholicae saeculi XIX pauci tantum enumerantur Poloni, qui operibus suis extra fines patriae celebritatem quandam assecuti sint¹⁾). Quod mirandum non est, quia Polonia ab hostibus subiugata et divisa non fruebatur libertate, ut ipsa de se et suis rebus statueret. Conditiones extraordinarie, in quibus vivebat gens Polona, exigebant a sacerdotibus tamquam plebis pastoribus, ut animos in res sociales et nationales intenderent. Fideles maxime exoptabant a clero, ut se in spiritu ecclesiastico et nationali erigendo iuvaret atque ab iniustitiis, quibus affligebantur, tueretur, minime autem iis curae erat, ut sacerdotes speculationibus theologicis incumberent. Non deerant hocce saeculo philosophi Poloni, qui problemata tractarent religiosa modo originali et alieno doctrinae ecclesiasticae, sed neque in clero neque in populo plures asseclas invenerunt, ita ut non adfuerit necessitas oppugnandi theses eorum, eo minus, quod libros magna ex parte in lingua gallica publicaverint²⁾). Iisdem de causis etiam in terris Poloniae nemo inveniebatur, qui modernismo revera faveret. Est nempe signum speciale animi Polonorum, quod magis per excessum quam per defectum contra fidem peccans potius falsam sequatur mysticam quam purum rationalismum.

Secundo vero ad statum theologiae in Polonia explicandum memores simus eruditionem clericorum eorumque pree-

¹⁾ Trium tantum, nisi fallor, theologorum opera in alias linguas translatata sunt: Rmi Eduardi Likowski liber de Unione in Brześć, R. P. Pawlicki opusculum de origine christianismi et R. P. Mariani Morawski S. J. libellus apologeticus, cui titulus: „Wieczory nad Lemanem“ (Abende am Genfer See). — Pro tota quaestione conferas eximum commentarium Henrici Cichowski, Les sciences sacrées en Pologne, in: Dictionnaire de Théologie Catholique XII, 2470—2515.

²⁾ Vide F. Gabryl, Polska filozofia religijna w XIX wieku, Warszawa 1914.

parationem ad laborem scientificum semper esse fundamentum progressus scientiarum sacrarum. Attamen non licet nobis negare formationem alumnorum ad excitandum spiritum scientiae adaptatam non fuisse, cum magistri in seminariis, doctrinis quidem ecclesiasticis generaliter instructi, sed profundiore notitia unius specialis disciplinae eiusque methodi carentes, praetervolarent problemata, in tribus vero studiis superioribus tunc temporis existentibus parvus numerus docentium et defectus bibliothecarum impediret, quominus auditores investigationes theologicas serio cognoscerent et adamarent.

Tertia etiam ratio addenda est, nempe quod numerus vocationum ad statum sacerdotalem in multis dioecesibus minor fuerit quam ut sufficeret pro necessitatibus curae animalium, ita ut perpauci tantum studiis vacare possent. Deerat quoque in parte russica et borussica clerus regularis, qui ubique terrarum singulariter colit scientias sacras. Ultimo denique loco prae oculis ponatur scholas nostras theologicas, etiam superiores, in multis terris ante reformationem studiorum, Constitutione Apostolica „*Deus scientiarum Dominus*“ introduc tam, potius exemplarem cleri educationem intendisse quam preparationem ad doctas pervestigationes. Non multum igitur differebat generatim status theologiae in Polonia ab eo, qui aderat alibi, exceptis tantum Alma Urbe, Gallia et Germania.

ANTE ANNUM 1918.

Usque ad tempus belli magni, anno 1914 exorti, in terris olim ad regnum Poloniae pertinentibus praeter seminaria maiora uniuscuiusque dioecesis et studia domestica Ordinum religiosorum (Societatis Jesu, Ordinis S. Dominici, Sacerdotum Congreg. Missionum, Ordinis S. Francisci) exsistebant duae facultates theologicae in Universitatibus Cracoviensi et Leopoliensi, quarum altera, destinata pro alumnis tum ritus latini tum ruthenii et armeni maximum in mundo catholico post Universitatem Gregorianam habebat numerum auditorum. Pro parte russica fundata erat Academia ecclesiastica Petropolitana, existens ab a. 1849—1917. Sed tria haec athenaea nec fovebantur a guberniis, utpote cum servirent genti Polonae, nec sollerter curabantur ab episcopis, cum nimis dependenter a guberniis, quapropter activitas eorum multum erat limitata. Etiamsi

circumstantiae evolutioni scientiarum sacrarum non favebant, tamen singulis decenniis sacerdotes tam saeculares quam regulares inveniri poterant, qui sensu scientifico praediti investigationes theologicas vel historicas instituentes libros magni valoris publicabant. Nomina professorum Eduardi Likowski, Pawlicki, Mariani Morawski, Bilczewski, Fijałek in historia theologiae permanebunt celeberrima.

Cum in athenaeis ecclesiasticis omnes fere scholae lingua latina fierent iisque adiuvandis permulta adessent compendia, theologi Poloni rarissime nova componebant, saepius tamen doctrinas sacras lingua vernacula explicare conabantur, edentes enchiridia ex. gr. pro philosophia Franciscus Gabryl, pro historia, Lad. Krynicki, pro Introductione in Sacram Scripturam Antonius Szlagowski, pro Exegesi Psalmorum Franciscus Pawłowski, pro archaeologia biblica Al. Lipiński, pro iure matrimoniali Josephus Pelczar, pro archaeologla christiana Josephus Bilczewski.

Ad fovenda studia ecclesiastica edebantur folia periodica nempe „Miesięcznik Kościelny“ Posnaniae, „Ateneum Kapłańskie“ in Włocławek, „Przegląd Powszechny“ Cracoviae, „Dwutygodnik Katechetyczny“ Tarnoviae³⁾. Optime meriti sunt de clero Polono editores duarum „Encyclopaediarum Ecclesiasticarum“, Rmus M. Nowodworski, qui anno 1883 opus suum publicare coepit, et S. Chełmicki, qui anno 1904 Encyclopaediam minorem, sed complectentem investigationes novissimas edendam curavit. Etsi auctores multa hauriebant ex Encyclopaedia germanica professorum Wetzer et Welter, tamen pro rebus Poloniā tangentibus optimos praeberunt commentarios.

Societates theologicae conditae sunt: anno 1876 a canonico Jacobo Fankidejski pro dioecesi Culmensi, anno 1906 a Carolo Szczechlik pro civitate Tarnoviensi, anno 1916 a Ladislao Hozakowski pro archidioecesi Gnesnensi et Posnaniensi, anno 1917 Cracoviae (sc. Societas Benedicti Papae XV)⁴⁾.

³⁾ A V. Gadowski 1897—1910 edita, dein ab a. 1911 Leopoli ab A.I. Pechnik sub tit. „Miesięcznik Kat.“ De aliis periodicis per aliquot tantum annos editis v. H. Cichowki l. c.

⁴⁾ Cf. A. Klawek, O naszych towarzystwach teologicznych: Nasza myśl teologiczna I, (Lwów 1930), p. 253—262.

POST ANNUM 1918.

Inde ab anno 1918, libertate patriae recuperata, satagunt episcopi et theologi Poloni, ut sacris scientiis evolvendis meliores conditiones praeparent. Sub oculis nobis nunc feliciter regnantis Sanctissimi Patris Pii XI, tunc Nuntio Apostolico in urbe Varsoviensi, episcopatus una cum gubernio Reipublicae ad erectionem novarum facultatum theologicarum aggressus est, professores autem theologiae in omnibus dioecesibus cooperati sunt cum Ordinariis loci in studiis elevandis, imprimis exposcentes, ut alumni nonnisi scholis mediis absolutis cursui philosophico-theologico adscriberentur.

1. De facultatibus.

Prima nova facultas theologica erecta est Varsaviae, ubi olim exsistebat per aliquod tempus inde ab anno 1817, altera in Universitate Vilnensi, in qua iam anno 1578 Patres Societatis Jesu condiderant studium theologicum, suppressum deinde a gubernio russico anno 1833, tertia in Universitate Catholica Lublinensi, de cuius fundatione optime meritus est primus Rector Magnificus Aegidius Radziszewski. Universitas Posnaniensis ab initio erectionis a. 1919 cum Sede Apostolica pertractavit, ut apud se etiam facultas theologica institueretur, cuius approbationem „ad triennium per modum experimenti“ accepit, sed ob defectum sufficientis numeri docentium Emus Card. Dalbor, Archiepiscopus Gnesno-Posnaniensis, a proposito desistens institutionem facultatis in meliora tempora distulit.

Duae nostrae facultates antiquissimae, existentes etiam sub regimine austriaco, Cracoviensis (erecta a. 1397) et Leopoliensis (erecta a. 1661) mutatis conditionibus externis novam evolutionis viam ingressae sunt. Cracoviae notabiliter auctus est numerus auditorum, cum praeter alumnos seminarii Cracoviensis etiam clerici dioecesium Katowicensis et Częstochovensis scholas facultatis frequentent. E contra in facultate Leopoliensi minor evasit numerus clericorum scholas frequentantium, cum Rutheni ab Universitate discesserint, condentes studium proprium in seminario Metropolitano, pro quo iura academica acquirere ambiunt. Ordo igitur theologorum Leopoliensis nunc servit clericis duorum rituum, latini scilicet et armeni, sed pro laurea obtinenda eum etiam sacerdotes ritus graeci adeunt.

Non erat facile, primis praecipue annis, in omnibus quinque facultatibus pro singulis disciplinis theologicis invenire professores Polonos ideoque multoties, ex. gr. Varsaviae et Lublini, professores extranei invitabantur ad preelectiones habendas, sed tribus nunc lustris exactis conditio facultatum melior facta est, etsi semper adhuc dolemus numerum professorum ac docentium esse omnino insufficientem et auditoribus idoneis nimis raro dari occasionem accedendi ad gradus.

Tribus facultatibus, Cracoviensi, Vilnensi, Leopoliensi idem numerus 11 cathedralium concessus est, scilicet duae cathedrae philosophiae christiana, una pro theologia fundamentali, una pro theologia dogmatica, una pro theologia morali, una pro exegesi Veteris Testamenti, una pro exegesi Novi Testamenti, una pro historia universalis, una pro historia Ecclesiae in Polonia (Crac. Leop.), una pro iure canonico, una pro theologia pastorali, una pro sociologia christiana (Vilnae). Facultati Leopoliensi maxima curae est, ut cathedra paedagogiae et catecheticae, inopinata suppressa anno 1933, denuo restituatur.

Duae facultates, nempe Varsaviensis et Lublinensis, singulariter destinatae pro cursu theologiae maiore, in albo Universitatis non inscribunt nisi sacerdotes, qui cursu ordinario theologiae in seminario absoluto gradus praeparant, ita ut in hisce duabus civitatibus praeter facultates adsint seminaria dioecesana cum propriis studiis. Quae institutio alibi ignota imitatur Academiam Ecclesiasticam olim Petropoli existentem, quae supplebat cursus theologicos seminariorum sub imperio russico. Quadecausa alia est organisatio horum studiorum, quorum alterum in tres dividitur sectiones, alterum in duas facultates. Varsaviae exsistit: 1) sectio pro theologia dogmatica et Sacra Scriptura; 2) sectio pro theologia morali et iure canonico; 3) sectio pro philosophia christiana; adsunt cathedralae sequentes: 1. Theologiae dogmaticae, 2. th. moralis, 3. apologeticae, 4. exegesis Veteris Test., 5. Novi Test., 6. philologiae biblicae, 7. linguarum semioticarum, 8. iuris canonici, 9. theologiae patristicae et homileticae, 10. historiae Ecclesiae in Polonia, 11. philosophiae, 12. psychologiae et philosophiae religionis⁵⁾. Lublini duae facultates creatae

⁵⁾ Varsaviae exsistit etiam facultas theologiae protestanticae (cum 4 cathedrali: exegesis Vet. Test., Novi Test., theologiae historicae, theologiae

sunt, una pro theologia cum 6 cathedris (apologetica, dogm., mor., Vet. Test., Nov. Test., philos.), altera pro iure canonico cum eodem numero cathedralium (textus iuris can., ius can. publ., ius can. polon., ius romanum, ius ecclesiarum orient., philos. iuris).

Permulum afferit auxilii eruditioni cleri eiusque praeparationi ad investigationes scientificas domus nostra Romana, sita ad viam di Pietro Cavallini: Pontificium Institutum Polonum, ubi quotannis plus quam triginta sacerdotes commorantur, qui gradus academicos in athenaeis Pontificiis obtinere contendunt⁶⁾.

2. De societatibus theologorum.

Ad scientias sacras augendas condita est a. 1924 Societas Theologorum Polonorum, cuius sedes principalis permanet in facultate theologica Leopoliensi et cui adhaerent sectiones filiales in omnibus fere diocesibus. Societates similes alibi existentes, de quibus supra sermo erat⁷⁾, affiliatae sunt quae sectiones huic Societati generali. In sodalium conventibus unoquoque fere mense habitis actualia problemata theologica discutiuntur necnon conspectus proponuntur novissorum librorum, qui in mundo catholicō publicati sunt. Praeterea curat Societas, ut quinto quoque anno convocetur congressus theologorum Polonorum, ac denique sollicita est de pecuniis colligendis pro impressione operum scientificorum. Anno 1932 Episcopatu Polono libellus memorialis traditus est, in quo necessitas colligendi „fundum scientificum theologicum“ exponitur, sed propositum non omnibus placuit, ita ut fundus hodie summam trium millium num. aur. pol. vix excedat⁸⁾.

practicae) ac studium theologiae orthodoxae cum professoribus pro theologia dogmatica, Scriptura Sacra, liturgica, theol. pastorali, patrologia et historia iuris. Facultas orthodoxa publicat folia trimestria ΕΔΠΙΣ, protestantica vero annuaria: „Rocznik Teologiczny“ (I-II).

⁶⁾ Clerici autem nondum ordinati, cupientes cursum theologiae maiorem Romae perficere, habitant in Collegio Polono sub tutela Patrum e Congregatione Resurrectionis D. N. Etiam Varsaviae et Lublini adsunt domus speciales (convictus) pro sacerdotibus studiis vacantibus. — Studia Theologica in Polonia vigentia enumerat Pamiętnik Związku Zakładów Teol., Wilno 1934, 381—407, sed studia quaedam domestica desunt in catalogo. Praeter 5 (6) facultates existunt 16 seminaria diocesana et 18 studia religiosorum domestica, insuper 3 seminaria ritus graeci et unum ritus byzantini (in Dubno).

⁷⁾ Adn. 4; loco ibi cit. historia Societatum describitur.

⁸⁾ Vide art. O fundusz naukowy duchowieństwa Polskiego, in Coll.

Similis theologorum circulus sub nomine „Commissionis Theologicae“ ortus est Posnaniae qua sectio Societatis Literarum et propria studia publicare coepit, in quibus continentur sodalium dissertationes.

Ad eruditionem theologicam in seminariis melius formandam professores theologiae ex omnibus dioecesibus in oppido Włocławek a. 1921 congressi, „Unionem Institutorum Theologicorum“ — „Związek Zakładów Teologicznych“ — creare statuerunt, Galliae exemplum secuti, quae talem iam habuit societatem, „Alliance des Grands Séminaires“ nuncupatam. Ab iis, qui praesident „Unioni“, secundo quoque anno conventus sociorum convocantur, in quibus disputationes fiunt tum de modo educationis alumnorum tum de methodo tradendi illis disciplinas sacras. Nec quisquam dubitare poterit, quin hi octo congressus iam celebrati ad elevationem census scientifici seminariorum permultum influxerint. Argumenta disputationum tempore conventus habitarum publicantur in libris memorialibus, quorum tomus VII, continens 415 paginas, anno 1934 Vilnae prodiit.

„Unio Catechetarum“, iam ab a. 1898 existens pro parte austriaca, postea in totam Poloniam extensa, creatis circulis in singulis dioecesibus formationem perfectiorem catechetarum et pleniores evolutionem artis catecheticae intendit. In circulorum conventibus non solum quaestiones methodicae tractantur, sed etiam res theogiam recentiorem spectantes saepe pervolvuntur. Unio haec folia mensilia publicat et singulis annis convocat congressus vel etiam cursus theologicoo-catecheticos instituit. Forsitan post Germaniam et Austriam in Polonia catechesium methodologia maxime aestimatur et colitur.

3. De congressibus theologorum.

Primus congressus scientificus, convocatus a praesidibus „Societatis Theologorum Polonorum“, a. 1928 in Universitate Leopoliensi locum habuit. In quinque sectionibus (philosophica, dogmatica, biblica, historica, liturgica) 39 relationes scientificae factae sunt, adstantibus centum fere sacerdotibus. Acta congressus publicata sunt sub titulo: „Nasza myśl teologiczna“ I

Theol. XIII (1932). Primus fundamenta talis fundi iam anno 1919 iecit Varsaviae Rmus Antonius Szlagowski. Videas Przegląd Teologiczny I (1920) 80.

(Leopoli 1930). Secundus congressus, habitus Varsaviae anno 1933 adhuc maiore gaudebat frequentia theologorum, eiusque acta complext volumen 350 paginarum („Nasza myśl teologiczna“ II, Varsaviae 1935).

De congressibus „Unionis Institutorum Theologicorum“, quorum VIII-us in Clara Monte Częstochoviensi duobus ante annis permultos professores congregaverat, eorumque studio de promovendis sacris doctrinis iam locuti sumus.

Internationalis congressus philosophiae thomisticae, Posnaniae celebratus mense Augusto a. 1934, mentes tum theologorum tum professorum laicorum in doctrinam S. Thomae direxit et initium dedit condendi societatem pro philosophia thomistica provehenda⁹⁾.

Congressus biblicus, convocatus Cracoviam mense Aprili anni 1937, praesentibus triginta Sacrae Scripturae professoribus, deliberabat de necessitate novae Bibliorum versionis in linguam polonam necnon de methodo a translatoribus adhibenda.

Quia quaestio unionis Ecclesiae cum Orientalibus orthodoxis pro Polonia magni est momenti, cum multi subditi Reipublicae fidei orthodoxae adhaereant, episcopus Pinsciensis, fel. mem. Sigismundus Łoziński, conventus pro hoc problemate disputando convocare constituit. Quinque iam „congressus unionis“, multis sacerdotibus diversorum rituum adstantibus, in Pińsk locum habuerunt, uti probant acta congressum, edita sumptibus Curiae Episcopalis Pinsciensis¹⁰⁾. Sextus conventus pro autumno anni currentis indictus est.

Multi etiam alii conventus in singulis dioecesibus convocabantur tum pro rebus pastoralibus vel homileticis tum ad clericum informandum de quaestionibus theologicis et socialibus (e. g. Lublini), sed quia incremento theologiae mediate tantum serviunt, eorum enumerationem praetermittere mihi liceat.

4. De periodicis.

Cum ante annum 1918 pauca tantum folia ederentur, in quibus quaestiones practicae vitae pastoralis praevalebant, nunc

⁹⁾ Cf. Acta Congressus edita sub titulo: Magister Thomas Doctor Communis, Gniezno 1935, pag. 500.

¹⁰⁾ Cf. Pamiętnik I Konferencji kapłańskiej w sprawie Unii kościelnej w Pińsku — 1930; II — 1931; III — 1932; IV — 1934; V — 1935.

numerus periodicorum, exclusive aut magna ex parte investigationibus scientificis servientium, notabiliter auctus est¹¹⁾.

Hi sunt tituli foliorum ultimis annis editorum:

1. *Collectanea Theologica*, quae folia trimestria 18-um iam annum publicantur. Anno 1920 primus tomus Leopoli prodiit sub titulo: *Przegląd Teologiczny*¹²⁾, sed initio anni 1931, cum qui praesident Societati Theologorum Polonorum, coniunctionem quandam cum theologis extraneis introducere cuperent, folia charactere internationali accepto ac titulo polono in latinum mutato articulos in aliis linguis (latina, gallica, germanica, italica) imprimere coeperunt. Collectanea prodeunt sumptibus Societatis memoratae, sed abhinc duos annos a Ministerio Instructionis Publicae et a „Fundo Culturae Nationalis“ iis subsidia quaedam concessa sunt, ita ut numerus paginarum in ultimis tomis ad 600 et 700 augeri potuerit. Per quattuor annos (1928—32) Collectaneis addebantur folia informatoria, „Ruch Teologiczny“ nuncupata, quorum editio iam non continuatur.

2. *Polonia Sacra* Cracoviae edebatur a „Societate Benedicti XV“ annis 1918—1926, deinde proprio sumpto a fel. mem. professore Joanne Fijałek sub titulo „Nova Polonia Sacra“. Libelli annuarii continent nonnisi dissertationes scientificas, imprimis historiam Ecclesiae et iuris canonici in Polonia spectantes.

3. *Ateneum Kapłańskie* iam ab anno 1909, cum interruptione aliquot annorum tempore belli, singulis mensibus a professoribus Seminarii in Włocławek publicatur. Folia haec, libentissime lecta a clero, et theologiae et curae pastoralis rationem habentes bene informant de quaestionibus actualibus et praebent „bibliographiam theologicam“, qua melior in Polonia non habetur.

4. *Kwartalnik Teologiczny Wileński*, a professore Vilnensi Bol. Wilanowski fundatus, optimas publicabat dissertationes de universa theologia, sed iam non continuatur; eius loco Vilnae eduntur „Studia Theologica“, de quibus infra loquemur.

5. *Przegląd Biblijny* — folia biblica, quorum primus fasciculus hocce anno Cracoviae editus est a Josepho Archutowski,

¹¹⁾ Cf. art. Sciences théologiques, in: *Organon* I (1936), 244—247.

¹²⁾ Cf. A. Klawek, Na dziesięciolecie „Przeglądu Teologicznego“: *Przegląd Teol.* X (1929), p. 385—389.

destinata pro dissertationibus tam scientificis quam informatoriis de quaestionibus biblicis.

6. *Przegląd Powszechny* — folia mensilia, ab anno 1884 a Patribus Soc. Jesu Cracoviae publicata, magis litterarum studiis inserviunt, attamen non raro in iis inveniuntur theologicae et philosophicae dissertationes maximi valoris.

7. *Reformacja w Polsce* — periodicum tractans tempora reformationis XVI s., editum Cracoviae a professoribus laicis.

8. *Mysterium Christi* — folia mensilia ad quaestiones liturgicas et practice et historice tractandas anno 1929 a fel. mem. Sac. Michaële Kordel Cracoviae fundata, nunc Posnaniae eduntur.

9. *Oriens* — folia bimensilia a Patribus Soc. Jesu edita res unionis ecclesiarum orientalium tractant.

10. *Annales Missiologicae* (Roczniki Misjologiczne) — eduntur Posnaniae ad ideam missionis speculative et historice perscrutandam.

11. *Miesięcznik Katechetyczny* — folia mensilia pro quaestionibus catecheticis, iam ante bellum magnopere a clero aestimata, antea (ab a. 1911) Leopoli, nunc Varsaviae eduntur.

12. *Przegląd Homiletyczny* — folia anno 1923 a professoribus Seminarii in Kielce pro theoria et praxi eloquentiae sacrae fundata.

13. *Nowa Biblioteka Kaznodziejska* — periodicum practicum pro sermonibus sacris ab a. 1906 Posnaniae editum.

14. *Myśl rekolekcyjna* — Varsaviae publicatur tertio quoque mense pro theoria exercitiorum spiritualium evolvenda.

15. *Homo Dei* — folia bimensilia asceticam vitae sacerdotalis tractantia, optime directa a Patribus Cong. Ss. Redemptoris in Tuchów, saepe elucidant quaestiones theologicas.

In aliis quoque periodicis pro clero destinatis non raro inveniuntur dissertationes scientificae, praecipue in periodo hebdomadario: *Gazeta Kościelna*. Item in scriptis vitam catholicam generaliter spectantibus vel problemata moderna in luce doctrinae catholicae enucleantibus saepe modo scientifico graves quaestiones philosophicae et theologicae tractantur, imprimis in foliis trimestribus: *Verbum* (Varsaviae) et hedomadariis: *Kultura* (Posnaniae), interdum etiam in periodicis: „*Przegląd Katolicki*“ (Varsaviae a Patribus Palot. publ.), *Pax* (Vilnae), *Gregoriana* (Leopoli pro catholicis ritus armeni), *Prąd* (Lublini), *Roczniki*

Katolickie (Posnaniae a N. Cieszyński), *Szkoła Chrystusowa* (Leopoli a Patribus O. P.), *Wiara i życie* (Varsaviae a Patribus S. J.).

Adnotetur denique theologos rit. graeci (Ruthenos) tria folia publicare, acquidem commentarios trimestres *Bohoslovija* (=Theologia), quorum 14 iam tomus editus est a Societate Theologica Ruth. Leopoliensi, *Analecta Ordinis S. Basillii Magni* (Leopoli — tomus I—VI) et folia curam pastoralem respicientia *Dobryj Pastyr* (in Stanisławów).

5. De enchiridiis.

Iam pridem non semel desiderium exprimebatur, ut cursus theologici in lingua polona ederentur. Anno 1910 Societas Typographica S. Adalberti Posnaniae inspirante Rmo Stanislao Okoniewski enchiridia theologica polona imprimenda curare coepit, sed mox bello exerto ab opere destitit. In primo congressu Theologorum Leopoli a. 1928 habito iterum necessitas talium editionum unanimi voto declarata est.

Nunc vero nobis gaudere licet nos pro omnibus fere disciplinis sacris compendia possidere, quorum compositio nequaquam facilis erat, cum adhuc dasset terminologia theologica polona, quam auctores creare debebant.

Pro philosophia christiana adsunt praeter libros adhuc valde utiles Francisci Gabryl († 1914)¹³⁾ opera Casimiri Wais (Ontologia, Cosmologia, Theodicea) et enchiridion breve a pluribus auctoribus conscriptum, cui titulus: *Zarys filozofii* (1929). Psychologiam empiricam concinnavit R. D. Dworak, ethicam cl. W. Rubczyński (vol. I—III), aestheticam K. Kowalski. Historiam philosophiae optimam elaboravit cl. W. Tatarkiewicz (vol. I—II), historiam philosophiae nostri aevi J. Pastuszka (vol. I—II). Insuper historia Stöckl-Weingärtner'i translata est in linguam polonam a F. Kwiatkowski S. J.¹⁴⁾.

De theologia dogmatica optime meritus est Rmus Mathias Sieniatycki, qui totam theologiam fundamentalem et dogmaticam modo claro ac lucido in enchiridia redegit, quo factus est

¹³⁾ Noëtica huius auctoris iterum edita et augmentata a Joanne Stepa (Lublin 1931).

¹⁴⁾ Alia opera indicantur a J. Pastuszka, *Filozofia współczesna* II, 282 ss.

auctor terminologiae theologicae polonae. Pro apologetica adsunt liber novissime editus *Vincentii Kwiatkowski (Apologetyka totalna, tomus I-us)*, monographiae *Stephani Szydelski de origine religionis et de origine christianismi*, ac deinde historia religionum a R. D. *Manthey*, professore Sem. *Pelplinensis*, nuperime concinnata.

Enchiridion historiae ecclesiasticae Rmi *Ladislai Krynicki* denuo editum est et augmentatum a R. P. *Lad. Szołdrski*, C. SS. R., novum vero elaboratum a *Josepho Umiński*, professore Universitatis Leopoliensis. Pro patrologia adest translatio libelli *Gerhardi Rauschen*, facta a professore Posnaniensi *Josepho Nowacki*.

Disciplinarum biblicarum, quibus in Polonia provehendis summopere intendebat *Ladislaus Szczepański S. J.* († 1927), cursum completum adhuc non habemus, sed adsunt libelli introductorii et commentarii pro aliquibus saltem libris biblicis. Supradictus *P. Szczepański* reliquit nobis introductionem in quattuor Evangelia eorumque (cum Act. Ap.) novam translationem cum succinctis notis exegeticis. *Jos. Archutowski* elaboravit introductionem in libros Veteris Testamenti, Excellimus *Jos. Teodorowicz* introductionem in theologiam Vet. Test. sub tit.: *Od Jahwy do Mesjasza*, *Guil. Michalski* commentarium in prophetas Osee et Amos, *Jos. Kruszyński* commentatus est Jeremiam, Baruch et Nahum, Pentateuchum et Psalmos. Pro archaeologia biblica edita est Cracoviae versio opusculi germanici prof. *Kalt*¹⁵⁾.

Vita Domini Nostri J. Ch. describitur modo scientifico simulque poetico ab Excellmo *Jos. Teodorowicz*, cuius operis duo iam tomi e prelo prodierunt.

Perutiles sunt tum clero tum fidelibus duae editiones Bibliorum in lingua polona, altera in uno tomo cum notis exegeticis a Patribus Soc. Jesu praeparata, altera multo amplior, in 6 tomos divisa, cum commentario succincto edita Posnaniae a societate libraria *S. Adalberti*.

Pro iure canonico adsunt duo compendia *Ignatii Grabowski* (Leopoli editum) et *P. Bączkowski C. M.* (Cra-

¹⁵⁾ Cura „Circuli biblici auditorum Univ. Jagell.“ (*Koto bibliotów U. U. J.*), qui iam 4 fasciculos perutiles ediderat, imprimis „Bibliographiam biblicam“ (librorum pol. ab anno 1900) et versionem encycl. *Provid. Deus.*

coviae), pro catechesium methodologia opuscula Sigismundi Bielawski et Joannis Szukalski, pro arte homiletica libri L. Kosiński et R. P. Haduch S. J., pro liturgica opera Excellmi Antonii Nowowiejski, pro medicina pastorali enchiridion prof. med. Pauli Gantkowski.

6. De dissertationum collectionibus.

Mea non interest enumerare omnes libros theologicos post annum 1918 typis impressos, sed ad indicandum scientiarum sacrarum apud nos progressum sufficiet catalogum afferre dissertationum, quae serie m quandam statuentes in diversis patriae nostrae locis publicantur.

a) Varsaviae eduntur „*Studia Theologica Varsaviensia*“ (*Warszawskie Studia Teologiczne*), quorum tomus XV est sub prelo:

Hi sunt tituli fasciculorum: 1. Pawłowski, Dogmat Niepokal. Pojęcia w oświetleniu teologów rosyjskich. 2. Salamucha, Pojęcie dedukcji u Arystotelesa i św. Tomasza. 3. Studia Augustyńskie. 4. Dąbrowski, Przemienienie Chrystusa. 5. Kłapkowski, Działalność biskupa Wojciecha Jastrzębca. 6. Śmidoda, Sprawy dziesięciu w Trybunale Koronnym 1578–1589. 6. Rosłan, Istotne cechy łaski według pism Ojców Apost. 8. Christos-Soter. 9. Pawłowski, Idea Kościoła w ujęciu rosyjskiej teologii i historiozofii. 10. Chrystianizm wobec niewiary i ateizmu. 11. Wojtasik, Nauka św. Leona o Słowie Wcielonym. 12. Szlagowski, Mowy akademickie. 13. Bochenek, Stanisława Hozjusza nauka o eucharystii. 14. Kwiatkowski, Apologetyka totalna. 15. Skowroński, Hozjusza nauka o usprawiedliwieniu.

b) Ibidem publicantur dissertationes Seminarii Apologetici (*Seminarium Apologetyczne*); adhuc impressi sunt 7 fasciculi:

1. Paciorkowski, Prymat papieża na tle soboru efeskiego. 2. Chojnicki, Z psychologii światopoglądu chrześcijańskiego. 3. Kwiatkowski, Zjawiska naukowego okultyzmu a nieśmiertelność duszy. 4. Dąbrowski, Królestwo Boże a Kościół według nauki chrześcijaństwa. 5. Kwiatkowski, U kolebki chrześcijaństwa. 6. Dudek, Psychologia wiary według św. Augustyna. 7. Burzyński, Przyzwyczajenie i jego rola w religii według „Myśli“ Pascala.

c) Ibidem prodeunt: „*Studia historico-ecclesiastica*“, quorum tomus IV est sub prelo:

1. Folwarski, Erazm Ciołek, biskup i dyplomata. 2. Rybus, Królewicz kardynał Jagiellończyk jako biskup krakowski i arcybiskup gnieźnieński. 3. Ataman, Waclaw H. Sierakowski i jego rządy w diecezji przemyskiej. 4. Postyński, Franciszek Krasimski, polityk Złotego Wieku.

d) Leopoli eduntur a Societate editrice „Biblioteka Religjna“ dissertationes theologicae sine speciali titulo generali; ab anno 1920—28 series haec inscribebatur: Wydawnictwa Przeglądu Teologicznego.

En tituli opusculorum: 1. Wais, Dziwy hypnotyzmu. 2. Tarnawski, Arcybiskup Bilczewski. 3. Umiński, Niebezpieczenstwo Tatarskie. 4. Wicher, Niewolnictwo w nauce moralnej chrześcijaństwa. 5. Grzelak, Nauka chrystologiczna papieża Gelazego. 6. Cichowski, Ks. Stanisław Sokołowski a Kościół Wschodni. 7. Stepia, Neokantowskie próby realizmu. 8. Żyła, Kościół i klasztor Dominikanów we Lwowie. 9. Szurek, Seminarium katedralne we Lwowie. 10. Wais, Teozofia nowoczesna. 11. Stepia, Poznawalność świata rzeczywistego w oświetleniu św. Tomasza. 12. Konieczny, Modlitwa u ludów pierwotnych.

e) Ibidem in typographia Ord. Praedicatorum publicari coepit collectio, „Polonia Dominicana“:

1. Woroniecki, O. Fabian Maliszowski. 2. Wołek, O. Birkowski.

f) Vilnae prodeunt Studia Theologica Vilnensis (Studia Teologiczne), quorum tomus X est sub prelo.

En tituli: 1. Puciata, Grzech pierworodny w teologii św. Anzelma. 2. Zdanowicz, Sarbiewski na tle kontrowersyj teologicznych swojego wieku. 3. Nowicki, Wzdłużenie przedakcentowe w języku hebrajskim. 4. Gieczys, Bractwa trzeźwości w diecezji żmudzkiej w latach 1858—1864. 5. Sopoćko, Mikołaj Łęczycki o wychowaniu duchowem. 6. Sieczka, Kult obrazu N. M. P. Ostrobramskiej w dziedzimym rozwoju. 7. Worotyński, Seminarium Główne w Wilnie. 8. Meysztołowicz, Dobra kościelne jako przedmiot uprawnień w prawie W. Księstwa Litewskiego. 9. Pukaniec, Sobieski a Stolica Apostolska na tle wojny z Turcją. 10. Worotyński, Seminarium Główne w Wilnie. Drugi okres dziejów i zniesienie.

g) Universitas Lublinensis duplarem seriem editionum habet, scilicet editiones facultatum Theologiae et Juris Canonici ac separatis collectionem thesium harum facultatum.

In „Editionibus facultatum“ hi libri prodierunt:

I. In facultate theologia: 1. Woroniecki, Metoda i program nauczania teologii moralnej. 2. Woroniecki, Katolickość tomizmu. 3. Czuj, Hierarchia kościelna u św. Augustyna. 4. Kruszyński, Proroctwo Nuhuma. 5. Umiński, Henryk Arcybiskup Gnieźnieński zwany Kietliczem. 6. Lacrampe, Wszechpośrednictwo N. M. P.

II. In facultate iuris canonici: 1. Wiślicki, Zwyczaj w prawie kanonicznem. 2. Wiślicki, Konkordat. 3. Insadowski, Ustrój prawny Kościoła katolickiego. 4. Insadowski, Osoba prawa. 5. Michiels, Normae generales iuris canonici, tom I et II. 6. Michiels, Principia generalia

de personis in Ecclesia. 7. Czajka, Przedawnienie w prawie karnem kościelnem. 8. Michiels, De delictis et poenis I.

h) In „*Collectione thesum*“ Universitatis Catholicae Lublinensis iam typis impressae sunt dissertationes sequentes:

I. In facultate theologica: 1. Weber, De fratribus Domini. 2. Gołiński, Cnota czystości według św. Tomasza z Akwinu. 3. Staniszewski, Kościół jako mistyczne ciało Chrystusa według św. Augustyna.

II. In facultate iuris canonici: 1. Zubka, Tytuł kanoniczny do świętień dla duchowieństwa. 2. Bober, Pojęcie tajnej przeszkoły małżeńskiej. 3. Myrcha, Dowód ze świadków w procesie kanonicznym. 4. Pałka, Uzupełnienie jurysdykcji. 5. Pawlina, Dymisiorje w rozwoju historycznym. 6. Olszewski, Głoszenie zapowiedzi. 7. Bensch, Wpływ chorób umysłowych na ważność umowy małżeńskiej.

i) Exstant Lublini etiam: „*Wydawnictwa Towarzystwa Wiedzy Chrześcijańskiej*“ i. e. editiones societatis scientiae christianae (tomi I—XXXI), inter quas plures tractant questiones scientificas.

Ex. gr. Romanowski, Nowa filozofia Bergsona. — Abraham, Zagadnienie kodyfikacji prawa małżeńskiego. — Pastuszka, Niematerialność duszy u św. Augustyna. — Niechaj, Oratio liturgica pro defunctis in ecclesia russa orthodoxa.

j) Posnaniae sectio theologica Societatis Litterarum publicat dissertationes sub titulo „*Prace Komisji Teologicznej*“:

I. 1. Grzelak, Nauka papieża Gelazego I o autorytecie Stolicy Apostolskiej. 2. Gładysz, Officium in gratiarum actione pro victoria Chociemensi. 3. Kowalski, Istota i zadanie filozofii według zasad neotomizmu. 4. Gładysz, Dogmatyczne teksty w utworach Seduliusa.

II. 1. Werbel, Św. Cyryl Jerozolimski jako katecheta.

k) Ibidem cura sectionis humanisticae eiusdem Societatis prodire cooperunt „*Analecta Byzantina*“, quorum primus fasciculus a. 1931 publicatus continet:

Joannis Kyriotis Geometrae Hymnos in SS. Deiparam recognitos a Joanne Sajdak.

l) Gnesnae antea, nunc vero Posnaniae eduntur „*Studia Gnesnensia*“ (tom I—XV [1930—1937]):

1. Kowalski, Podstawy filozofii. 2. Wais, Kosmologia szczegółowa I. 3a. Bocheński, Die Lehre vom Ding an sich bei Straszewski. 3b. Kowalski, Zagadnienie piękna. 4. Wais, Kosmologia szczegółowa II. 5. Słomkowski, Pierwotny stan człowieka według nauki św. Augustyna. 6. Maćkowiak, Die ethische Beurteilung der Notlüge. 7. Gmurowski, Doskonałość chrześcijańska w myśl zasad św. Tomasza z Akwinu. 8. Garrigou-Lagrange, Opatrzność a ufność w Bogu (versio). 9. Nowacki, Opactwo św. Gotarda w Szpetalu. 10. Kowalski, Św. Tomasz z Akwinu

a czasy obecne. 11. Birkenmajer, Zagadnienie autorstwa „Bogurodzicy“. 12. Księga pamiątkowa międzynarod. kongresu filozofii tomistycznej. 13. Gmurowski, Cnoty nabyte i cnoty włane. 14. Bocheński, De cognitione existentiae Dei per viam causalitatis relate ad fidem catholicam. 15. Myśl katolicka wobec logiki współczesnej.

m) Pelplini sumptibus Curiae Episcopalis hoc mense publi-
cari coeperunt *Wydawnictwa Teologiczne Diecezji Chełmińskiej*:

1. Smoczyński, Eklezjologia Stanisława Hozjusza, Pelplin 1937.

n) Posnaniae praeterea publicantur a Societate libraria s. Adalberti folia informativa de rebus biblicis: *Sprawy biblijne* (fasciculi I—XVI), quorum nonnulli etiam modo scientifico et originali tractant quaestiones exegeticas:

1. Archutowski, Co to jest Pismo św. 2. Klawek, Noc betlejemską — historia czy legenda? 3/4. Archutowski, Kazanie na górze. 5/6. Stach, Wypędzenie przekupniów z świątyni. 7. Bukowski, Nadprzyrodzony charakter Biblii. 8. Kwiatkowski, De Spinozy modernistyczny naturalizm w Biblii. 9/10. Michalski, Epoka wielkich podbojów asyryjskich a prorocy Amos, Ozeasz, Izajasz. 11. Rosłaniec, Powstanie i historyczność ksiąg Now. Test. 12. Szczepański, Jezus z Nazaretu w świetle krytyki. 13. Kruszynski, Pobyt Izraelitów w Egipcie w świetle archeologii. 14/15. Szydelski, Idea odrodzenia w misteriach hellenistycznych a u św. Pawła. 16. Dąbrowski, Historyczność zapowiedzi prymatu Piotra w świetle krytyki.

o) In eadem urbe est etiam sedes redactionis, quae scripta Sanctorum Patrum in linguam polonam vertenda curat. In serie hac, *Pisma Ojców Kościoła* intitulata, iam XX tomi prodierunt sub cura cl. Prof. Joannis Sajdak:

1. Pisma Ojców Apost. (Lisiecki transtulit). 2. Minuncius Felix (Sajdak). 3. Euzebiusz, Hist. kościelna. (Lisiecki). 4. Justyn (Lisiecki). 5. Boecjusz (Jachimowski). 6—7. Jan Kasjan (Wrzoł). 8. Wincenty z Lerynu (Stahr). 9. Augustyn, Wyznania (Czuj). 10. Augustyn, Pisma katechetyczne (Budzik). 11—13. Augustyn, Państwo Boże (Kubicki). 14. Wiktor z Wity, Historia prześladowania (Czuj). 15. Grzegorz z Naz., Listy (Stahr). 16. Laktancjusz (Czuj). 17. Leon Wielki, Kazania (Czuj). 18. Apologeci greccy II wieku (Czuj). 19. Cyprian (Czuj). 20. Tertulian, Apologeticus (Sajdak).

Leopoli insuper eduntur a theologis graeco-catholicis:

1. *Opera Theologicae Societatis Ucrainorum* (vol. I—X). 2. *Opera Graeco-Catholicae Academiae Theologicae* (vol. I—XVI). 3. *Editiones „Bohoslovia“* (vol. I—XXIII).

Attamen notandum est extra collectiones enumeratas¹⁶⁾ multa opera publicata esse, quae honori sunt theologiae et historiae

¹⁶⁾ Collectio edita Cracoviae sub tit. *Meletemata patristica* (I 1914, II 1923) iam non continuatur.

polonae, pro quibus alii ab auctoribus inventi sunt editores. Nonnulla opuscula impressa sunt sumptibus Academiae Litterarum Cracoviensis (ex. gr. R. Domini Fijałek et C. Michalski), alia sumptibus Conventuum Religiosorum (ex. gr. magna historia PP. Bernardinorum et Franciscanorum Camilli Kantak), alia denique proprio sumptu auctoris (ex. gr. Quaestiones disputatae de Ordine D. Tymczak Premislae). Nonnumquam theologi Poloni in dissertatione scribenda alia usi sunt lingua alibi et extra Poloniam opuscula imprimenda curaverunt, sed illud bibliographiae theologicae polonae inserendum est. Libros philosophicos R. D. Jakubisiak¹⁷⁾ et R. P. Siwek¹⁸⁾, exegeticos Josephi Rybiński¹⁹⁾, Vitoldi Gronkowski²⁰⁾, theologicos R. P. Elter²¹⁾, Słomkowski²²⁾, Franki²³⁾, Przybylski²⁴⁾, Śpikowski²⁵⁾ theologiae Polonorum partem constituere nemo negabit.

Breviter etiam mentionem faciemus permultos quotannis edi libros philosophicos et theologicos usui laicorum accommodatos, qui animos fidelium ad quaestiones theologicas cognoscendas praeparent. Bibliotheca Actionis Catholicae Posnanensis, Societas libraria S. Adalberti necnon Typographia Patrum Societatis Jesu publicant libros magni valoris ex. gr. ab auctoribus vel Polonis vel extraneis elaboratos ad informandos theologicice homines eruditiores. Doctrina fidei ex. gr., pro laicis a cl. Stephanu Jeleński exarata, cui titulus: *Światła tajemnic*, opusculum perutile appellari debet.

In fine denique memorare iuvat viros doctos litterarum studio deditos itemque poëtas nostros nonnumquam problemata religiosa disserere et in spiritu Ecclesiae evolvere, quorum nomina et opera iam enumeravit cl. Otto Forst Battaglia in libro notissimo: *Katholische Leistung in der Weltliteratur*, acquidem in capite: *Das katholische Schrifttum Polens*²⁶⁾.

¹⁷⁾ *Essai sur les limites de l'espace et du temps*, Paris 1927.

¹⁸⁾ *L'âme et le corps d'après Spinoza*, Paris 1930.

¹⁹⁾ *Der Male'akh Jahwe*, Paderborn 1930.

²⁰⁾ *Le messianisme d'Ezechiel*, Paris 1932.

²¹⁾ *Compendium Philosophiae Moralis*, Romae 1934.

²²⁾ *L'état primitif de l'homme dans la tradition de l'Eglise*, Paris 1928.

²³⁾ *Doctrina Hosii de notis Ecclesiae*, Romae 1934.

²⁴⁾ *De Mariologia Sancti Irenaei Lugdunensis*, Romae 1937.

²⁵⁾ *La doctrine de l'Église dans S. Irénée*. Strasbourg 1925.

²⁶⁾ Freiburg i. B. 1933. In libri versione polona, a J. Birkenmajer facta (*Udział twórczości katolickiej w dzisiejszej literaturze światowej*, Kra-

7. De singularum disciplinarum incremento.

Quaerentes porro, quodnam in specie sit incrementum singularum doctrinarum sacrarum ac quaenam in eis methodus observetur, cognoscimus nunc temporis in universa theologia investigationes historicas praevalere, praecipue vero eas, quae aliquo modo cum Polonia cohaereant. Usque ad annum 1918 scientiae sacrae per Polonos cultae magna ex parte sub influxu erant facultatis theologicae Societatis Jesu, in Universitate Oenipontana (Innsbruck) florentis, cum plurimi professores facultatum Cracoviensis et Leopoliensis ibi cursum theologiae absolvissent; quo factum est, ut etiam hae scholae, eodem modo atque Oenipontana, primatum methodi scholasticae et dogmaticae agnoscerent, neglecto aliquatenus respectu historico. Veruntamen cum conditionibus pro gente nostra feliciter mutatis novi professores, qui alibi studiis vacarunt, cathedras Universitatum et Seminiorum obtinuerint, influxus aliarum scholarum theologicarum crescere ac methodos antiquas supplere coepit. Insuper aemulatione quadam exorta inter facultates theologiae et facultates litterarum, quae omnibus modis investigationes rerum Poloniae gestarum augere studebant, generatio iunior theologorum eandem viam ingressa quaestionibus historicis perscrutandis p[re]aep[ar]imis incubuit.

Hoc autem in parte tantum attinet *disciplinas philosophicas*, quorum doctores malunt investigationes speculativas quam historicas, etsi adsunt dissertationes insignes philosophiam Medii Aevi elucidantes R. Patris Const. Michalski C. M., necnon opuscula aliorum auctorum, philosophos saeculi elapsi interpretantia²⁷⁾. Studia philosophiae tam in Universitatibus quam in Seminariis esse sub unico fere influxu scholae Lovaniensis et sequi omnino principia neoscholastica ab Em. Cardinali Mercier exposita, manifestum est. Rari sunt philosophi, qui aliis propositis nitentes veritatis christianaee fundamenta probare conantur²⁸⁾.

ków 1936), capiti de Polonia tractanti addita sunt supplementa quaedam, sed non semper opportuna.

²⁷⁾ Ex. gr. Kowalski, Klepacz (de Augusto Cieszkowski), Stepa (de philosophia Hegeliana), Bocheński O. P. (de phil. Straszewski).

²⁸⁾ Ex. gr. Jakubisiak, Salamucha, Dybowski.

In studiis dogmaticis non pauci theologi principia Ordinis S. Dominici, sc. thomismum sensu strictissimo, profitentur (Woronięcki, Żychliński, Gmurowski), omnes vero ad mentem S. Thomae problemata dogmatica evolvunt. Ut doctrina Aquinatis melius cognoscatur, edita sunt Cracoviae versiones Summae Theologicae et Summae contra Gentiles²⁹⁾. Multo maior pars theologorum, cum potius theologiam positivam adamasset, investigat sive doctrinam Patrum³⁰⁾ sive theologiam XVI s. praeципue doctrinam Conc. Tridentini et Stanislai Hosii³¹⁾, vel etiam comparationes instituit inter dogmata Ecclesiae ac doctrinas Orientalium. Quibus perscrutandis singulariter operam dant ii, qui scholas frequentarunt Pontificii Instituti Orientalis aut exercitationibus „circuli studiorum“ (seminarii) R. P. Aloisii Bukowski Varsaviae interfuerunt³²⁾. Quanta sit sollicitudo theologorum in doctrina fidei explicanda, ex eo concludere velis, quod praeter studia et compendia enumerata „Encyclopaedia dogmatica manualis“ prelo mandata est³³⁾.

Ii, qui apologeticae studiis incumbunt, minus inculcant huius disciplinae characterem speculativum vel dogmaticum, sed potius procedentes via inductiva assidue perscrutantur argumenta sumpta ex Bibliis et Patribus, ex psychologia religionis et historia religionum comparativa³⁴⁾. Quaestiones historiam religionum et ethnologiam spectantes saepius ab auctoribus tractantur³⁵⁾, inter quos laude est dignus Franciscus Konieczny pro elaboratione libri de „Oratione apud populos primitivos“.

Disciplinis biblicis explicandis etsi multi serviunt libri, iis revera promovendis nonnulla tantum prosunt opuscula, cum exegetae commentariis elaborandis operam navantes rarius

²⁹⁾ „Summa Teologiczna“ — tłumaczona staraniem redakcji „Wiadomości Katolickich“. I. O Bogu (1927). II. O Trójcy św. (1927). III. O aniołach (1933). „Summa Filozoficzna“ I—IV (1930—35).

³⁰⁾ Ex. gr. Lisowski, Czuj, Grzelak, Tymczak, Lohn, Rostworowski, Śpikowski, Stomkowski, Mar. Michalski, Rostan, Puciata.

³¹⁾ R. D. Bochenek, Bernacki, Frankl, Skowroński, Smoczyński.

³²⁾ Ex. gr. Petrani, A. Pawłowski, Rem. Dąbrowski, Niechaj, Krzywicki.

³³⁾ Ks. Stanisław Bross i ks. Kazimierz Kowalski, Słownik dogmatyczny — sub prelo Posnaniae in typographia S. Adalberti.

³⁴⁾ Ex. gr. Radziszewski, Szydelski, Vinc. Kwiatkowski.

³⁵⁾ Ex. gr. Stawarczyk, Bromski, Paulus, Jelito, Klawek, Kosibowicz.

quaestionum solutiones praeparaverint. In dissertationibus merito aestimatis praevalent observationes philologicae in textus sacros³⁶⁾ aut eorum explicaciones monographicæ³⁷⁾. Quantopere studia archaeologica Terrae Sanctae colantur, probant una ex parte opuscula Petri Stach³⁸⁾ et Eugenii Króla³⁹⁾ necnon dissertationes P. Athanasii Fic (de situ montis Sion) et Vitoldi Gronkowski (De circuitu ambituque urbis Jerusalem)⁴⁰⁾, altera ex parte instauratio „musei biblici“ in facultate Leopolensi et excursio ad Loca Sancta Palaestinensia, a Societate Theologorum Polonorum a. 1936 facta⁴¹⁾.

De studiorum historicorum progressu nobis maxime gaudere licet, cum adsint permulta monographiae optime scriptae, ad quas elaborandas discipulos suos incitaverunt prae-mature mortui in Domino professores Joannes Fijałek (Cracoviae) et Henricus Likowski (Varsaviae). Desunt quidem magnae syntheses historicae, quod mirum non est, cum colligendo et explicando facta historica via demum ad illa compo-nenda praeparetur, desunt etiam qui perscrutentur res gestas Ecclesiae universalis⁴²⁾, sed quia vicissitudines, quas Ecclesia in Polonia saeculis praeteritis passa est, non satis sunt investigatae, eas cognoscere theologorum nostrorum imprimis interest. In multis dioecesis Episcopi ad facilitandas investigationes archiva ecclesiastica restaurare et ordinare cooperunt de quo-rum institutione optimum concinnavit libellum canonicus Premislensis Joannes Kwolek⁴³⁾. Eduntur igitur studia de episco-

³⁶⁾ Ex. gr. eae, quae publicarunt Nowicki, Gronkowski, Jelito, Klawek, Michalski Guil., Dąbrowski.

³⁷⁾ Ex. gr. opuscula R. D. Hozakowski, Stach, Rosłaniec, Dąbrowski, Król, Smoroński.

³⁸⁾ Podróż naukowa do Ziemi św., Lwów 1937, ubi etiam aliae disser-tationes auctoris citantur.

³⁹⁾ Ziemia św. Przewodnik dla pielgrzymów i turystów, Kraków 1936.

⁴⁰⁾ Fic, Syjon, miasto Dawidowe, Lwów 1931; Gronkowski, Coll. Theol. 1935.

⁴¹⁾ Excellimus Patriarcha Hierosolymitanus Barlassina laudare dignatus est, quod Polonia prima iter Hierosolymitanum pro solis sacerdotibus instituisse, ut hi pleniores rerum biblicalarum notitiam assequerentur.

⁴²⁾ Exceptis duobus sacerdotibus dioecesis Katowicensis, germanice scribentibus, R. D. Siwiec et Wilk, quorum primus edidit opus cele-berrimum de historia monachorum orientalium, alter dissertationem acutam de vita S. Antonii.

⁴³⁾ Naukowa organizacja archiwów, Lwów 1930.

pis et theologis, qui vivebant saeculis elapsis, de ordinibus religiosis eorumque scholis⁴⁴⁾, de seminariis clericorum, de synodis dioecesanis, de ieuniis in Polonia observatis et similia⁴⁵⁾). Multae iam dissertationes de vita et scriptis Card. Stanislai Hosii prelo mandatae sunt, quae aliquo modo praeparant processum beatificationis Eminentissimi Principis Ecclesiae⁴⁶⁾. Eius epistolarum collectionem, ante triginta annos usque ad an. 1558 editam, iussu Academiae Litterarum Cracoviensis recognoscere et continuare coepit R. D. Glemma.

Ius canonicum, saepe adhuc modo scholari tractatum, fusius et profundius in facultate iuris canonici Lublinensi docetur. Sed canonum studio historico provehendo praecipue intendit „institutum iuris canonici“, erectum in facultate iuridica Universitatis Leopoliensis a cl. Ladislao Abraham. Qui professor celeberrimus, hodie emeritus et honorarius, et scribendo opera ingeniosissima et inducendo aemulos ad investigationes oportunas⁴⁷⁾ factus est methodi historicae in hacce disciplina promotor eximius. Pro quo labore per tot annos indefesse sustentato anno 1930 ab ordine theologorum Universitatis Leopoliensis honoris causa laurea Sacrae Theologiae insignitus est.

Aliae quoque disciplinae sacrae a theologis Polonis non negleguntur. Res liturgicae historice investigabantur a R. D. Korrzonkiewcz, Hozakowski, Kordel, Szurek, Obertyński, hymnologia sacra historice et practice modo insigni tractatur a Bronislao Gładysz, quaestiones paedagogiae christiana explicantur a R. D. Mazurkiewicz, Roskwielski, Klepacz. De ascetica, in qua adhuc omnino dependebamus a libris extraneis in linguam polonam translatis, bene meritus est Alexander Żychliński, qui principiis S. Thomae fulsus theoretice et practice pietatem catholicam evolvit, in quo studio eum praecesserat Hyacinthus Woroniecki O. P. The-

⁴⁴⁾ Cf. ex. gr. opuscula R. D. Umiński, Wicher, Cichowski, Mazurkiewicz, Kłapkowski. De historia ordinum rel. cf. imprimis opera R. D. Kantak, deinde opuscula R. D. Uth, Bednarski, Nowacki, Bogdalski, Likowski.

⁴⁵⁾ Tarnawski, Szurek, Długosz, Worotyński, Nowacki, Kraśnicki, cl. D. Skoczek.

⁴⁶⁾ Cf. dissertationes Josephi Umiński et supra adn. 31.

⁴⁷⁾ Cf. prof. Halban, Kałwa, Wyszyński, Siłnicki, Vetulani. — Bibliographia iuris canonici edita est a R. P. W. Zmarz O. F. C.: Bibliografia Prawa Kanonicznego 1925–1933, Włocławek 1936.

oriam asceticae explanat etiam R. P. Puchalik C. SS. R., qui nupperrime opus edidit, cui titulus: „*Zarys ascetyki*”⁴⁸⁾. Laetamur etiam, quod oratores praeclarissimi inter nos exstant — Revmus Jos. Teodorowicz, Antonius Szlagowski, Jos. Kłos — quorum sermones sacri propter explicationis theologicae profunditatem ac styli elegantiam classicam posteris adhuc admirationi erunt.

*Si numerum operum et periodicorum ante annum 1918 publicatorum cum bibliographia theologica novissima compararemus, magnum scriptorum incrementum facile cognosceremus. Hoc quoque mihi praedicandum esse videtur valorem scientificum dissertationum multo creuisse. Dum antea maior pars librorum lectores informandi causa scripta erat et rarius quaestiones modo scientifico ulterius evolvebantur, nunc omnes fere libri in lucem prodeuentes ac dissertationum collectionibus inserti solida methodo scientifica nituntur. Illud vero maximi est momenti, quod scientiarum sacrarum apud nos fautores et aemuli discrimine inter operum valorem scientificum et instructivum tantum cognito optime intellexerint dissertationes paucarum paginarum, quae problematum explanationem novam praebant vel praeparent, magis scientiae evolutioni prodesse quam libros magnos, qui argumenta aliorum solummodo repeatant*⁴⁹⁾.

Adiciam porro theologos Polonus cooperari cum viris doctis aliarum nationum, tum publicantes investigationes suas in scriptis eorum⁵⁰⁾ tum alibi cathedras obtinentes, ex. gr. Romae in Institutis Pontificiis⁵¹⁾, tum congressus internationales adeentes in iisque disputantes, ex. gr. in conventibus historicis, philosophicis, orientalibus, iuridicis.

Fatendum est nos proximis decenniis conditiones scientiis evolvendis favorabiliores non esse assecuturos, quia verisimiliter

⁴⁸⁾ Tom I. Ascetyka ogólna, Zduńska Wola 1937.

⁴⁹⁾ H. Cichowski in art. saepius laudato parum distinguit valorem scientificum operum enumeratorum XIX s.

⁵⁰⁾ Ex. gr. Teodorowicz, C. Michalski, Woroniecki, Klawek, Gładysz, Paulus, Semkowski, Kowalski, Obertyński, Meysztowicz, Siwek, Bogdanowicz.

⁵¹⁾ In Universitate Gregorianae: Lohn, Elter, Siwek, in Instituto Biblico: Szczepeński, Semkowski, in Angelico: Woroniecki, Bocheński. — Coloniae prof. phil. Świtalski.

per multum adhuc temporis laborabimus penuria docentium ac difficultatibus in libris imprimendis. Desunt enim in Polonia bibliopolae, qui opera scientifica suis sumptibus imprimere velint, quod plane mirum non est, cum rarissime plus quam centum exemplaria eorum nostratis insimul et exteris venuindari soleant.

Quibus obstaculis non perterriti theologi Poloni investigationes scientificas maiore adhuc studio aggredientur, ut Vicario Christi Duce una cum aliarum gentium doctoribus Veritati Christi inquirendae incumbant.

Gratiae maxima Deo sunt habendae, quod scientias sacras in Poloniae finibus tantopere provexerit. Quem theologiae progressum una ex parte tam influxu Sanctae Sedis Apostolicae evolutionem theologiae apprime propugnantis quam exemplo Almae Urbis studia singulariter restaurantis esse productum, sed altera ex parte tam conditionibus in patria libera scientiae magis faventibus quam sincera theologorum Polonorum sollicitudine et aemulatione praeparatum esse omnes persuasum habemus.

Lwów

Alexius Klawek
Professor in Universitate Leopoliensi.